

hominibus firma

et talis praunitas

et talis firmitas

et talis dignitas

et talis se facta

et talis terra

et talis nos

omni omnium et dignitatem nostram

restituere **Et** firmiter **Et** **Et**

Amendorem nostrum quibus d. **Ipse**

**Et** nos dicitur fideliter nostris omni

securum nostris semper iustitiam

liberari et nos pro qua supplicat

unum **Et** **Et** omnipotens **Et**

inquit celestia ad omnia propter

incedentem hunc ceterum nostrum

quod omnia omnia ad ista non

omni **Et** **Et** **Et**

restita **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et**

CCM



CARMINA GRATVLATORIA.

IN HONOREM RE-  
VERENDI, ET CLARISSI-  
MI VIRI, D. M. IOHANNIS PAN-  
DOCHEI, pastoris in æde Nicolaitana, Im-  
perialis vrbs Northusæ dignissimi, cum in  
Inclÿta Academia IVLIA, quæ est  
Helmstadij, Doctõris Theolo-  
giæ gradu decora-  
retur

*Prorectore Dn. IOHANN. SIGFRIDO, Medi-  
cina D. & Professore.*

*Procancellario Dn. IOHANN. HEIDENRI-  
CHIO, Theologia D. & Professore.*

*Decano & promotore Dn. DANIELE HOF-  
MANNO, Theologia D. & Professore.*

Scripta  
*A collegis & amicis*  
*30. Maij.*

HELMAESTADII  
Excudebant hæredes Iacobi Lucij, Anno  
M. D. XCVIII.



JOHANNES HEIDENRICHVS,  
Th. D. F.



Vo propius mundi, diuina voce monente  
Mortales, finem sentit adesse Sathan:  
Hoc plus exercet scœuum super orbe furorem,  
Insidias cunctis vi vel & arte struit.  
Excitat hinc varias modo nō in prælia Gêtes,  
Interitum regnis acceleratq; suum:  
Sed passim fidei crassis erroribus auctis  
Intentat Christi pessima quæq; gregi.  
Deuorat & stygijs complures faucibus, ipsis  
Præcludens tandem dulce salutis iter.  
Hosti non trepida cui mente resistere tanto  
Cum reliquis debent nocte dieq; pijs,  
Quos DEVS extrusos in messem, præcipit esse  
Doctores cœtus quem fouet ipse sui.  
Fortiter excubias verbi victricibus armis  
Hos egisse pia sedulitate decet.  
Diuini quos æthereo quoq; flaminis igne  
Munitos, donis accumulare solet.  
Hoc humeris possint vt onus gestare caducis,  
Rectius & quæuis vincere monstra queant.  
Hos inter Pandoche tibi, virtute paratum,  
DOCTORIS tribuit IULIA nostra locum.  
Vt, quod cœpisti, defendere dogmata pura  
Non cesses posthac in statione tua.  
In qua confirmet te dextera Numinis alti,  
Omnis cui debet deditus esse labor.  
Omnis cui soli, non nobis, gloria danda,  
Quando facit laudis nos modo vasa suæ.  
Quæ velut in terris cœperunt dicere grata,  
In cœlis pergant dicere grata Deo.

ALI-

A L I V D.



*Ac tenus aduerso es, varijs iactatus ab undis,  
Vento vsus. Portus, VIR REVERENDE, patet.  
Postquam etenim redijt nostris CONCORDIA sacris,  
Lutheri gaudens nomine, grata Deo.  
Littus ad opsatum te pertrahit aura benigna  
Premia multiplici parva labore ferens.  
Quapropter precibus percepto grator honori,  
Sic faxit Dominus tempora multa teras.  
Ac fraudes animo, te digno, temnere pergas,  
Quas libris sparsit C. ALV A caterua suis.*

M. Iohannes Terellius Ecclesiae Blasiana  
nae in Northusa pastor.

A L I V D.



*OSerat antiquis victoribus ἀθλα reponi,  
Vt sua digna loco gloria cuiq; foret.  
Sic tibi post varios tandem multosq; labores  
Nomine digna tuo gloria lausq; venit.  
Baptistae vsurpas Iohannis nomen amicum,  
Gratia nam Christi panditur ore tuo.  
Hospitis egregio splendes cognomine, coeli  
Aeternum monstras quod πλίτυμα pijs.  
Quod magnum, sequeris diuini scripta LV THERI,  
Eius & euoluis nocte dieq; libros.  
Te DEVS omnipotens aeterno numine ducat,  
Vt semper patriae sis decus ipse meae.  
Ex te multiplicem turbata Ecclesia fructum  
Percipiens fiat portio vera poli.*

IOHANNES IONAE North.  
Diac. Nicol.

A L I V D.




Ristibus in lachrymis cultos qui seminat agros,  
Cum metet exultans gaudia multa leget.  
Hæc vox psalmographi quod verè competat in te,  
Exemplo monstras Pandoche docte tuo.  
Incllyta nam dum te retinet Northusa, fouetque,  
Spargentem verbi femina lecta Dei,  
Quot lachrymas excusserunt tibi, quotque dolores  
Fecerunt homines pax quibus alma dolet?  
Dum te pro puro diuini semine verbi  
Virus Caluini spargere rumiferant?  
Quod maius scelus hoc odium confingere posset,  
Vincula mox secum quod traheretq; crucem?  
At tu contemnens irati Lælapa venti,  
Intrepidus Templi conferis arua tui,  
Et monstrans homini quæ sit via vera salutis,  
Ornas doctrinam moribus egregijs.  
Nunc igitur meritò iucundæ tempore messis  
Exultans animo gaudia multa capis,  
Dum tibi magnificos Academia Iulia confert  
Doctores titulos, eximiumque decus.  
Scilicet Hoffmanni solidum perspexit acumen,  
Hoc quod iamdudum dignus honore fores.  
Nos igitur quia coniunxit Northusa, volente,  
Et monstrante viam cunctipotente Deo,  
Gaudeo quod tantum celebri decus additur vrbi,  
Illius atq; tuo nomine crescit honor.  
Et precor æterno Dominoq; Deoq; fauente,  
Vt tibi Doctores concilietur honor,  
Ac per te florens Ecclesia Northusana,  
Crescat in vnanimi saluificaque fide,  
At tu (da veniam monitis) Clarissime Doctore  
Pandoche, cur Doctore sis, memor esse velis.

Nam-

Namque gregis pasci rationem poscere Christus,  
 Præmia pro factis & dare digna cupit.  
 Ergo salutifero doctrinæ pascere rore,  
 Vnica commissum sit tibi cura gregem.  
 Vitalem hunc rorem nobis sacra Biblia fundunt,  
 In quibus expositum est consilium omne Dei.  
 Interpres verax est maximus ille Lutherus,  
 Cuius sunt scriptis consona scripta sacris.  
 Huius si pro te sententia, Pandoche, pugnat,  
 Hæreseos nullum crimen habere potes.  
 Atq; hac lege vale discrimine tutus ab omni,  
 Viue valeq; diu, viue mihiq; faue.

*M. Iohannes Faber Scholæ Northusanae Rector.*

**A L I V D.**


 VÆta triumphantes iactant Epinicia, frontem  
 Frondibus impediunt, celsa trophæa locant.  
 Iure; manent dignos condigna: Ita tu quoq; palma  
 Iure subis, meritò victor & vltor ouas.

*Victrix inuidiæ virtus: Quid Zoile gannis?*

*Tutatur Pietas semper amatq; suos.*

*Ne benè vicisti: geris hinc insignia DOCTOR,*

*Inde vel inuita morte superstes eris.*

*Ipsa tibi en Pietas titulos gratatur, & inquit:*


*Te beo pace soli, te beo sede poli.*

*Macte animi: duce te florens Ecclesia crescat:*

*Viue Deo, terris viue, valeq; diu.*

*Melchior Vetterus Schol. North. Conr.*

**A L I V D.**


 Rtificem collaudat opus, super æthera tollunt  
 Qui laudanda facit propria facta virum.  
 Recta manent, obliqua cadunt, præconiavatum  
 Vt desint, rectè non tamen acta cadunt.

A 3

At

At ne multa loquar, ne laudet amicus amicum,  
(Quod posset vitio quis mihi forte dare:)  
Nunc nouus hic opto, Doctor per Nestoris annos  
Currat, vt accepto possit honore frui.  
Hos paucos licuit distracto fundere versus,  
Qui arte licet careant, non pietate tamen.

M. Iohan. Wittelius D. Doctorandi affinis,  
Schola Northusana Cantor.

A L I V D.



VO victore cadunt hostes, aciesq; fugantur,  
Laudis is assiduo tramite ne vigeat?  
Marte vel arte dolos, & propugnacula belli  
Nouerit, ex ausu premia promeruit.  
Qui sic? virtutis stimulis agitur adibis  
Inuia, vt hostiles auferat exuuias.  
At magis, ingenij nervos intendere ficti  
Quo ruat in praecipit caeca superstitio:  
Per vulgi sordes, per acuta incendia linguae,  
Assutas alas perq; latus patriae,  
Illa, tubas atq; arma crepantia vel superasse  
Constat. At effringit tela inimica DEVS.  
Hoc virtutis opus, mortalibus atq; Iehoua  
Laude repercussum restituisse decus.  
Gratulor emeritis, his gestis, laudibus: opto  
In Christo vigeat RELIGIONIS apex.

Zacharias Monnerus Sch. North.  
Adiunctus.

A L I V D.



Nclyta nunc tandem merita praeconia laudis,  
Iuliadum tribuit vir tibi docte decus.  
Nam veluti flores scrutans & flumina libans  
Aethereo cellas nectare stipat apis:


Sic



Sic nouus hic doctor doctorum scripta virorum,  
 Perlustrans varias colligit artis opes.  
 Plaudite Pierides, lætæ nunc plaudite Musæ,  
 Doctoris titulum vester alumnus habet.  
 Perge tuendo gradum, quo nunc ornaris, honestum.  
 Et qua cœpisti pergere, perge via.  
 Nam pereunt gemmæ, congestum deperit aurum,  
 At non doctrinæ sic perit altus honor.  
 Dignum laude virum doctas ob Apollinis artes,  
 Post suprema vetat funera Musa mori.  
 Nunc precor ergo tibi Mecænas culte per artes,  
 Cedat vt in laudem quod facis ipse Dei.

*Valent. Rupertus Sch. North. collega.*

A L I V D.


*Tat ruitura fides, & pacem territarum armis:  
 Flet libertatem fandi; moresq; sinistros.  
 Arguit, egregium, cui fidens pectus in hostem,  
 Degener obstreperis singultibus: An tibi virtus  
 Ventosa in lingua? Nec VIS, nec fœdera firmant  
 Fœdisfrago nexu consutos cuspide amara.  
 Cur ita? Turbidior sex mota reposta perumbrat,  
 Dimouet atq; loco se, fœdans inde retentum,  
 Cui vel fulgor adhuc, penitus nec forma recessit.  
 Nunc animis opus, auspiciis qui fortia dextris  
 Vincula nectentes inimica per arma triumphent:  
 Opratos reditus expectatosq; triumphos  
 Hi patria peperere sua, qui sanguine, luctu,  
 Luctâ pugnantes hostilia vincula resoluunt.  
 Non clangor, clamor seprenaq; vota rerundunt  
 Commotos fluctus, serpentiq; hispida fama  
 Tela: at amor V E R I, pregnantis pacis & artis,*

*Intor-*

*Intorto figens zelo contorta relata.*

*Ergo quod eximij VIRTUTE & viribus aequis  
Parta, viri arte, trophæa ferunt operâ atq; labore  
Condignum. Meritum sustentat fama trophæis.  
Insignes titulos his partes vota sequentur.  
Quæ patria, pacis concernant præmia, honores:  
Hinc prædulce decus, noua gloria duret in æuam:  
Quò pietas, quò prisca fides, quò vera colatur  
Religio: Hinc summa ferimus præconia laudis.*

David Monner North. Iur. & pruden-  
dent. Stud.

A L I V D.



ἄλλοι μὲν χρυσὸν, οἱ δὲ ἄργυρον, οἱ δὲ τετραπέζαν  
τιμῶσιν λιπαρῆν, παίγνια τῶνδε βίβ.  
ἄλλοι δ' αὖ Σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γέρας ἄλλοι  
πυροφόρος, ἄλλοι τετραπέδων ἀγέλας.  
αὐτὰρ περνώπερθε, μῦθος, ψυχοσόον ὕδωρ,  
τῶν χειρῶν, πλῆτθε χρύσειον ἐστὶ πῖν.  
σοῖδε θεὸς τελέσειεν, ὅτι φρεσὶ σῆσι μαινοῖσσι  
γνήσιε Παιδοχεῦς, κἄρα φίλοντε θεῶ

Antonius Maroldus Greussenas.  
LL. studiosus.

A L I V D.



*N* Northusa virum doctrina atq; arte politum,  
Cui summos titulos Iulia clara dedit.  
Laus huius semper doctoris honosque manebunt,  
Dum valet, & cum iam membra sepulta iacent.  
Hunc licet arrodas tu Zoile dente maligno,  
Ipse tamen viuat secula longa precor.

Iohan. Christophorus Wittelius Erphord.  
Dom. Doctorandi Affinis.

AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581



TA → a

**I**uno et p[ro]ph[et]em[ia] -

**I**nter verba sua

du vestraum.

**I**nclus. **offer**

**FL** <sup>et popu</sup> <sub>et dicitur.</sub>

**I**tem. que sp[irit]u  
ita sunt honor

et sollicitate

**I**tem. **De** **et** **scilicet**

re h[ab]it[us] or[ation]is

et m[er]itis h[ab]it[us]

caritas tua tua non recedat ac  
certa. et roboris sacramento i[n] d[omi]n[o]  
dominis c[on]stituitur. **De** **et** **popu** **et** **ma**

**Q**uestio[n]es refecti sacramento **et**

his et gaudio sup[er]stites te d[omi]n[o]  
deprecantur. ut quos q[ui] amant  
tristitia p[ro]sequant[ur] amantissim[us]. **De**

**Th** <sup>et popu</sup> <sub>et dicitur.</sub> **et** **et** **et**

**D**omine qui nos h[ab]it[us] **et** **et** **et**  
domini i[n] i[n] tua c[on]suetudine gl[ori]a

rosa i[n] i[n] d[omi]n[o] et p[ro]p[ri]etate i[n] i[n] d[omi]n[o]


roboris eius i[n] i[n] d[omi]n[o] p[ro]p[ri]etate

et oratione filiorum. **et** **et** **et** **et** **et**

uillitas **et** **et** **et** **et** **et** **et**



19.



CARMINA GRATULATORIA.

IN HONOREM REVERENDI, ET CLARISSIMI VIRI, D. M. IOHANNIS PANDOCHEI, pastoris in æde Nicolaitana, Imperialis vrbis Northusæ dignissimi, cum in Inclyta Academia IVLIA, quæ est Helmstadij, Doctoris Theologiæ gradu decoratur

*Prorectore Dn. IOHANN. SIGFRIDO, Medicina D. & Professore.*

*Procancellario Dn. IOHANN. HEIDENRICHIO, Theologia D. & Professore.*

*Decano & promotore Dn. DANIELE HOFMANNO, Theologia D. & Professore.*

Scripta  
A collegis & amicis  
30. Maij.

HELMAESTADII  
Excudebant hæredes Iacobi Lucij, Anno  
M. D. XCVIII.